poeta etiam antiquissimus scriptor tragediarū ex būsidio Italie virbe.
(Et antiqua verrucosa) i. tragedia Pacuvius que inscribitur antiqua cita-
turque a Licerone in primo de finibus. et a Prisciano: et Marcello complu-

Prima.

ribus in locis quam verrucosam appellavit. id est asperam et inequalem: quod ad poematis vituperationem spectat: sicut econtrario molle atque de ductum carmen ad laudem. Fuit autem antiope nictet regis lesbiorum filia: ex qua cum Juppiter zethum et amplionem procreasset: a lycu eius coniuge atque Thebanorum rege repudians est: atque in illius locum dircē superinducta. que cum diu antiope in suspicionem pellicatus vexasset:

Licero.
priscian.
Marcelli.

Antiope ærumnis cor luctificabile fulta.
Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cū videas: queris ne vnde hec sartago loquēdi
Venerit in linguas? vnde istud dedecus? in quo
Trossulus exultat tibi per subsellia læuis?
Nonne pudet capitū non posse pericula cano
Pellere: quin tepidū hoc optes audire decenter?
Fur es ait pedio. pedius quid? criminā rassis.

tandem a gemel-
lis: quos ex ioue
antiope pepere
rat in vltione ma-
tris equis Indo-
mitis alligata at-
que distracta est.
(Fulta cor luctifi-
cabile) id est ba-
bens cor luctuo-
sum fultum et su-
stetatum. (Aerū-

Pacuvius)

nīs). i. laboribus: quos sub pellice passa est. hic versus aut est Pacuvius: aut ex illius verbis format: a Persio vero nunc interpositus: ut ostendat Pacuvius duriciam vestitatemq; in carmine. (Hos pueris) sensus est cum filiū patres audiant poetarum veterum carmina laudantes: et ipsi quoq; talia admirantur: talesq; euadere laborant. (Cum videas patres lippos) Id est in iudicando de authoribus cęcos. (Infundere hos monitus) Id est instillare talia precepta (Pueris) id est filiis suis. (Queris ne?) quasi dicat non est necesse querere: cū ratio sit in promptu. (Hec sartago loquendi) id est lingue stridor: qualis ex sartagine cum aliquid frigitur sonat. (Elencerit in linguas) id est in sermonem filiorum. (Et istud dedecus) id est ignominiosum et turpe dicent genus. (In quo trossulus) id est eques romanus. hoc est ordo equestris. nam equites aliquād sunt trossuli appellati a trossulo thuscī oppido expugnato. autho res est Plinius libro trigesimo tertio naturalis hystorię. (Lēuis) glaber et depilatus. significat autem illos esse viros molles et effeminatos quibus talia placent. (Exultat tibi) id est applaudit et fauet tibi clamoribus. (Per subsellia) in quibus auditores sedent poeta recitante. Juvenalis. sed cum fregit subsellia versus. (Nil ne pudet) sensus est: cum sis senex non pudet te esse incautum et imprudentem: vt nescias quid sequi aut vitare debebas? (Nil ne pudet) quasi dicat pudendum est in senectute presentim: nam in puerō veniam mereatur bicorror. (Non posse pellere pericula) id est rem in qua de fama periculo agitur. (Capiti cano) id est a capite senili. (Quin optes) id est q; non optes. (Audire hoc decēter) id est has adulatorum et applaudientium tibi voces. sunt autem applaudendi aduerbia decenter. euge. belle. et apud Martiale sophos. (Epidum decēter) id est laudes frigidas quippe que

Plinius.

Juvenal.

B

Martial.

Satyræ.

non respondet meritis tuis verèq; virtutis. (Fur es alt pedio) supra in poetas: nunc in eos inuehitur: qui in causis iudicitalibus omissis probationibus & argumentis in quibus tota victorie causa consistit: conferunt se ad exornationes atq; figuræ: & quos appellat colores rhetoricos. (Alt) subaudi accusator. (Pedio) quem furti accusat: nam constat peditum quemdam sub nerone a cyrenensibus furti vel potius sacrilegij accusatum. (Pedi-

dus quid) subaudi respodet ad hanc accusationem. (Crimina rasis) verba sunt adulantis pedio: aut illum apud ceteros laudantis.

(Librat crimia) Id est pedi' crimi-

Antithe-
ton.

Librat in antithetis doctus posuisse figuræ.

Laudat bellū hoc: bellū hoc: an romule ceues? Men moueat quippe: & cātet si naufragus assēm Protulerim? Cantas cum fracta te in trabe pictū Ex humero portas. verum nec nocte paratum

Plorabit: qui me volet incuruasse querela.

na obiecta rependit & confutat. (In antithetis rasis) Id est figuris & exornationibus puris: nam antitheton quod interpretatur contrapositum figura est qua contraria inter se opponuntur. vt dies nocti lux tenebris. pedius inquam. (Doctus posuisse figuræ) cum potius argumentus se debuerit defendere. (Laudatur) scilicet is qui se ita defendit. (Bellus hoc) subaudi est & pulchre dictum. Bellum hoc: cum indignatione proferendum est. nam irascitur incandescentis Persius in eum: qui tam impudenter assentatur. itaq; illius verba trahuntur repetit. (An romule ceues?) id est o Romanæ. nam primitium pro deriuato posuit. (Lenes) id est adularii. est autem proprie ceuere in yris quod crissare in feminis: hoc est cum coeunt nates mortitare. sed quia canes cum adulantur: clunes mouent & caudam: accepti ceuere pro adulari. (Men moueat) laudabat adulator ambitiosa oratoris ornamenta: nunc dicit senon magis moueri ad misericordiam posse huiusmodi oratione: quam si naufragus multis & compoisis verbis emendicaret stipem. (Si naufragus cantet assēm) id est cantando mendicet: hoc est premeditatis precibus misericordiam querens. (Men moueat) pro me ne flectet ad misericordiam. (Et protulerim illi assēm?) quasi dicat neq; me mouebit neq; illi assēm dabo: quia qui butus modi oratione vtitur non dolet: & quemadmodum in poetica Horatius scribit: si vis me flere dolendum est primum ipsi tibi. (Et cum portas te pictum in trabe fracta) id est in tabula in qua naufragium evasisti. (Ex humero) id est in tabella picta ex humero pendente. (Lantas) id est per-

Horati. inde est ac si catares: quia nihil plus ad misericordiam mouerer. (Genu pro sed. (Qui volet incuruasse me querela) id est inclinare me ad comiserationem sua infelicitate. (Non plorabit) id est plorando narrabit. (Paratum nocte) id est premeditatū nocte hesterna. hoc & i arte rhetorica p̄cipit ne oratio videatur elaborata. sed si quid tale sit: lateat artificium.

Iuuenal.

Prima

(Sed numeris) diceret quisplam in excusationem poetarum: quos pa-
loante Persius de duricia reprehendebat: nō nihil esto Persi qđ de poe-
tis dicebas: sed i hoc sunt laudādi quod. (Iūctura est abdita) idest abscon-
dita et que oculis pspici non possit et p̄stat in translatione illius quod su-
pradicxit: ut ḡ leue seueros effundat iūctura vngues. (Numeris crudis)
idest verbis siue pedib⁹ quos ego fateor esse crudos. Ad quod respōdet

Persius dicens.

Sed numeris decor est: & iunctura abdita crudis.

Immo. (Didicis

Claudere sic versum didicis: berecynthius atys.

claudere versum.

Et qui ceruleum dſrimebat nerea delphin.

sic) et subdit car-

Sic costam longo subduximus apoenino.

mina alicui⁹ poe-

Arma virū: nōne hoc spumosus & cortice pigui?

tē sui tēporis: est

aūt claudere ver-

sum qualib⁹ cun-

qz verbis: ad hibit-

ta tantum syllā-

Horatius

barum quantitate versum componere. Horatius p̄l. sermonum neqz
enim concludere versum dixeris esse satis. Berecynthus atys clausula
est vt diximus alicui⁹ inepti poētē. Fuit autem atys puer: quem cybele
deorum mater in deliciis habuit: quem cum deprehendisset in sanguinī
de nymphā furore immisso sibi ipsi genitalia secutus: unde est deū matris
sacerdotū origo. Berecynthus autem a berecynto monte et vrbe phrygicē
vbi peculariter cybelle colebat atys dicit⁹ est. (Et qui ceruleū) hoc quoqz
carmen alicui⁹ poētē rephēdit. Loquuntur autem fortasse de delphino:
qui artonē metymneum seruauit: aut de delphino qui nuptias neptūnū
et amphytrites cōclitauit: ex secundo libro fastorū Quidij. (Dirimebat)
idest natans sulcabat. (Nerea ceruleum) idest mare cuius color est ceru-
leus. (Sic costam) et hoc alterius siue eiusdē poētē carmē est in quo dice-
barur: quo pacto ex apoenino abscissa est pars que in siciliam insulam re-
cessit: qđ omnes poētē hystorici atqz cosmographi predictant. (Subduc-
mus costam) idest poētē nostri dicunt subductam fuisse costam: hoc est la-
tus. (Aponino longo). idest qui ab alpibus ad rhegītū brutiorum vibem
per mediā Italiā quasi dorsum quoddam porrigitur quod tractus spa-
ciūm continet ad quingēta milia passuum. (Sic) sic autē dixit: idest pari-
neptia. (Arma virū) satis licēter Persius in Clergilio carmen inuehi-
tur: vt inflatum nimis: et a quo multum possit detrahit: nec mirum si ne
Clergilio quidem parcit: cum satyrici propriū sit: vt dum risum excutiat:
non hic cuiquam parcet amico. (Nonne hoc spumosum) idest inflatum
et inane quasi spuma. (Et vt ramale retus⁹) sunt autē ramalia rami inu-
iles ex arbore decisi. Quidius octauo metamorphoseos multifidasqz fa-
ces ramaliaqz arida recto detulit. (Cortice pigui) idest crassi cortitis. (Lo-
ciūm) idest retorridum et atiquum: unde recocci dicuntur qui nimto yrsu

Quidius.

Satyra.

Theodo-
rus gaza.
Horati.
Plinius.

obcalluerunt. (In subere p̄egrādi) arbore crassissime corticis: quē a gre-
cis halipheus dicit. Theodorus gaza salsi corticem interpretatur: habet
enīm corticē quasi nitrī aut salsuginis exsiccatę. Sunt qui legant pro p̄e-
grandi vegrandi auctoritate porphyritonis citantis hunc versum in pri-
molibro sermonum Horatij; sed quod exponūt vegrandi pro nō grandis:
non placet: nā et si Plinius hanc arborē minimā esse dicit: hoc dicit cōpa-

ratiōne ad alias
glādferas sed in
suo genere intelli-
git Persius val-
de grandem: ac si
dicit antiquā nā
ve p̄ticula modo
auget modo mi-
nuit: quid q̄ et su-
ber alias glandi-

Vtramale vetus p̄egrandi subere costum:
Quid nā igitur tenerū: ac laxa ceruice legendū ē:
Torua mīmalloneis implerunt cornua bombis.
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris: & lyncem menas flexura corymbis.
Euion ingeminat: reparabilis assonat echo.

Plinius.

feras aut superat aut exequat etiam Pliniū auctoritate: suberis inquit
cortex tantum in fructu precrassus ac renascēs: atq̄ etiā in denos pedes
vndiq̄ explanatū. (Quid nā igitur). Sensus est: nullus ratio est cū carmina
ipsa cruda sint et dura: qualia sunt que sequuntur quattuor: cur debeat mol-
liter et delicate pronunciari. (Quid nam igitur) idest cur nam. (Legendū
est) idest legere oportet carmina que sequuntur. (Tenerū) pro tenere et de-
licate. (Et ceruice laxa) idest flexa ad vocem extenuandā. (Torua mīmal-
loneis) cuiuscūq̄ poetē sunt hi versus duri profecto et turgidi sunt: descri-
būtur autē in illis sacra bacchī. (Implerunt) subaudi bacchī comites et
sacerdotis. (Cornua torus) idest terribilia siue sunt cornua i buccinas for-
mata siue tubē flexi cris: ut dicit Quidius quarum erat usus in sacris bac-
chi. Juuenal. et cornu pariter vinoq̄ ferunt menades. (Bombis) sonis
nomine tracto ex sono tubarū. (Mīmalloneis) idest baccharum que mī-
malloneq̄ dicuntur ab imitando. Quidius de arte. ecce mīmallonides spā-
sis per terga capillis. (Et bassaris) bacchi idest bacchi sacerdos dicit a
bassareo: quod est vñū ex bacchi nominibus. (Ablatura caput sectū) pro-
secundum et amputandum. (Titulo superbo) videtur tāgere fabulam de
agave: que per furorem in sacris bacchi filio pētheo caput auulsum: putās
esse vitulum: aut sicut Quidius. iij. metamor. scribit. ap̄ū auulsum inquit
caput digitis complexa cruentis clamatio comites: superbū autem ap-
pellavit: quia pētheo bacchi sacra cōtempſit. (Et menas) sacerdos item
bacchi. (Flexura lyncem) idest currū bacchi que lynes tigresq̄ trabūt:
que animalia in bacchi tutela sunt. (Corymbis) idest hederis quib⁹ pro-
loris vñit: nā corymbi sunt hederarū racemi. (Ingeminat euion) idest
repetit nomen bacchi: quod interpretatur bonus filius. (Echo reparab-
lis) i. vocis repūssio: et repetit et reparat voces semel ex ore emissas. (As-
sonat) i. ad voces bacchaz resonat. Echus fabula ex. iij. meta. petēda est

Prima.

(Hec fieret) id est tales versus fracta et parum vtrili voce pronuncientur:
(Si vlla vena testiculi paterni) id est virilitatis a patre accepta.
(Vixeret in nobis) i.e. vigeret q.d. nunquam id sacerem.
(Hoc de lumbe) id est opus eneruatum et sine vtribus: quemadmodum animalia lumbis fragio delubata.
(Matat) id est voluitur et satur.
(In labris et summa saluia) que ne cellararia est ad temperanda organa plectraque linguæ.
(Et menas et atys)

Hec fierent: si testiculi vena vlla paterni
Vixeret in nobis: summa de lumbe salua
Hoc natat in labris: & in vdo est menas atys.
Nec pluteum cedit: nec demorsos sapit vngues.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas: vnde sis: ne maiorum tibi forte
Limina frigescant: sonat hic de nare canina

i.e. fabule de baccho et cybele: in quibus crebra fit metrio de menade et aty: aut cuj venit pronunciando ad hęc ipsa nomina.
(Est in vdo) i.e. ver sat in ore humido: ynde Vergilius

vocem vdam appellauit.
(Hec pluteum cedit) carmē quod tam opere laudatur: quodq; tam molli ac tenera voce profertur: quale sit ostendit dicens q; nec cedit pluteū: id est non percudit armarium ubi libri reponuntur: et cui scriptores incubunt: solent enim qui componunt aliquid ex ingenio suo: si illis ex sententia res non succurrunt: impingere chartas et allidere scriptis. terre. partell: quod est signū maxime curē ac diligētis. Sed hoc carmen cui fieret nibus tale est passum.
(Hec sapit vngues demorsos) id est non pr̄ se fert diligentiam emendationis: solent enim poetæ cogitabundi vngues rodere: barba fricare: caput scalpere: et res huiusmodi facere quibus significatur vni tantū componendi carminis studio esse intentos.
Horatius et in versu faciendo sepe caput scaberet: viuos et roderet vngues.
(Sed quid opus) iam inde ab initio operis dubitare cepit. Persi⁹ an satyram scriberet: nunc vero ad eandem inconstantiam reddit: sed tamen in eo perstat: ut satyram scribat. Dicit igitur ad seipsum loquens: aut monito rem suū inducit secum loquentem.
(Sed quid opus) id est que necessitas cogit te:
(Radere) id est pstringere et violare: ut infra pallētes radere mores doctrus.
(Auriculas teneras) id est hominum effeminatorum mores quorum reprehensionem non liberenter audiunt.
(Tenero mordaci) id est restare: que amara est et pungit: ut infra mordaci lotus aceto.
(Vnde sis) id est caue si vis. sis enim in si vis resolutur apud comicos sepe quemadmodum capsis in cape si vis Cicerone Quintilianoque authoribus.
(Hec limina maiorum) id est potentiorum quos tu carminibus insectaris.
(Frigescant tibi) id est sint tibi frigida et mortifera.
Horatius secundo sermonum. maiorum ne quis amicus frigore te feriat. i.e. morte que ab effectu frigida est. Vergilius quarto gneidos. et cum frigida mors anima subduxit artus.
(Hic) id est in satyra quam scribis. Littera sonat de nare canina id est r. littera frequens est: quam ringentes canes exprimunt: quoru

Horatius.

Ciceron.
Quintilis.
Horatius.
Vergilius.

Satyrā.

est propriis rituari. significat autem non possē fieri quin scriptores satyra-
rum ritetur cum illis quos offendunt suis carinibus. (Per me equi-
dem) perterritus his cōminationibus Persius dicit se nolle in quem-
piam scribere. (Per me equidē inquit) idest quātū ad me attinet. (Pro-
tinus) idest deinceps. (Omnia sunt alba) idest nemo infamia dentigretur
a me. sicut econtrario nigra discunt vittosa sic infra. quę sequēda forēt
et que vitanda vi-
cissim: illa prius
creta mox hec car-
bone notanda.
(Nil moror) idest
nil amplius hac
de re delibero.
(Euge) sibi ipsi
fauet: quod tale
consilium ceperit

de non scribenda satyra. (Dimnesetenim) sensus est omnia que paulo-
ante reprehendere volebam iam volo admirari et laudare. (Etenim vos
omnes res eritis mitę) idest admirabiles et laudandę ac si dicas; iam nō
quicqz illis detrahant. quin potius illas laudibꝫ prosequar. (Hoc iuuat)
idest delectatime facere an potiꝫ vos o romani audire. (Hic inqꝫ) ad mo-
nitorē suū dicit Persius tā consiliū tuū sequor. et repetit illi verba dicēs
(Inquis). i. dicas mihi o monitor. (Ego veto quisquā fari oletū). i. rē olt-
dam et fētidā. hoc est sterc⁹ sive vīna. Et est p̄prie oletū locus in quo ex-
crementa corporis deponim⁹. quod et olenticeū dicas. (Hic) idest in lo-
co sacro. est namqz sensus: vittia hoīm que satyri matertam p̄gēb̄t: quasi
rem sacram non esse tangendam ab homine p̄phano: et sumit trāslatio-
nem a locis sacrīs: in quibus ponebant signa quēdam consecratiōis ne
prophanarent. (Pingue duos angues) per quod itelligimus locū esse ge-
nito consecratū: qui sub anguis specie plerumqz visebatur. Vergilius. v.

Eneidōs. incertus gentiumve loci/ famulūve parentis esse putet. (O pue-
ri) et hec quoqz inscriptio pictis anguibꝫ addēda est. (O pueri mette extra)
subaudi hūclolum: quia (Sacer est) sic et nostro seculo fit: vt imago diuīs
Antonis aut crucis dominicę pinguitur hs in locis vbi oletum fieri vera
mus. (Discedo) verbū est Persij dicens se velle sequi consilium moni-
toris ne faciat oletū in loco sacro. idest ne scribat satyra in qua hominū
vitas sit ptaminatur. (Secuit lucilius) pro altera parte p̄posit⁹ delibe-
rationis exēplo Lucili⁹ et Horatij dicit se velle omnino satyram scribere.
m⁹ apd la (Lucilius) q̄ prim⁹ vt dixim⁹ apud latinos satyram sc̄iptis. (Secuit vrbē)
tinos satyridest romanos dicteriss et salibꝫ suis carpit et lacerauit. (Te lupe te muti-
rā inuenit subaudi in primis secuit. nā in lupū quēdā et mutiū p̄cipue inuenctus est
Horatius lucilius de quibꝫ Horā. ii. ser. primores populi arripuit pplic⁹ tributim.
Juvenal. et de lupo famosiss⁹ lupo cooperatores sibꝫ de mutio Juvenalis. qd refere

Littera. per me equidē sint omnia protinus alba.
Nil moror. euge: oēs etenī bene mirae eritis res.
Hoc iuuat. hīc inquis vēto quisquā faxit oletū:
Pingue duos angues. pueri locus est facer. extra
Meite. discedo. Secuit lucilius vrbem:
Te lupe. te muti. & genuinum fregit in illis.

Prima

Dicitis ignoscat mutius an nō? (Et fregit genulnū dentē illū in ordine non
nullissimū nouissimeq; natū quē sapientē molare hispani vocāt. (In illis). i.
in illorū morsu hoc est reprehēsione et est sumptum a canibus. (Flaccus).
Horatius poeta cognomēto flaccus. (Vafer). i. acer et ingentiosus. (Lā-
git omne virtū) idest notat. (Amico ridenti) idest inter ridendum iocan-
dumq;. (Et admissus) idest receptus et audit. (Ludit circum p̄ recordia)

idest tocatur et sa-
libus suis vittorū
amicī cōscientiā
tangit Horatius Horatius
inquam. (Lalli-
dus) idest astutus
et gnarus. (Su-
spēdere populū)
idest subsannare
et deridere. (Ra-
so excuso) idest
crispant et in san-
nam corrugato.

Omne vafer virtūm ridenti flaccus amico
Tangit; & admissus circum p̄ recordia ludit
Callidus excuso populum suspendere naso:
Men mutire nefas; nec clā; nec cum scrobe; nūsc̄?
Hic tamen infodiam. vidi vidi ipse libelle.
Auriculas asini quis nō habet? hoc ego opertum
Hoc ridere meum tam nū nullā tibi vendo
Illiade. Audaci quicunq; afflate cratino

Horatius primo sermone. Naso suspendis adūco: est autem suspendere
hoc in loco quasi confusum quempiam reddere. (Men mutire nefas)
sensus est: licuit Lullio urbem secare. licuit Horatio populū suspende-
re: et nō licebit mihi saltem mutire: hoc est murmurare. (Nec clam) idest
secreto subaudi mutire et loqui. (Neq; cum scrobe) hoc ex midē fabula
tractum est: cui apollo cum aures in auriculas asininas porrexisset pro-
pterea quod in certamine cantus inter se et marsyam peruerse iudicasset:
tōsor qui id primus animaduerterat neq; ausus esset p̄fari: factō in soli
tudine scrobe in eum quē viderat immurmurauit dicens: auriculas asin-
ni mida rex habet. (Nullquam) subaudi mutire fas est: (Hic tamen info-
diā) idest scrobem sive fossam faciam sicut tōsor ille. (Olibelle) cum li-
bello suo loquitur quādoquidem cū alijs non audet. (Ego ipse vidi vidi)
magaz emphasis habet: quasi dicat nō ab alijs audiui: sed ego ipse his
oculis vidi: quid autē viderit ipse ostendit dicens. (Auriculas asini quis
non habet) idest quis non ita iudicat de carminibus: sicut midas de can-
tu. (Hoc ego opertum) sensus est: ego non cōmutarem hoc opus meum
Illiade acci. de q; supra dixit: nō est hic illas acci ebria veratro: dicit ergo
(Non vendo) idest nolim commutare. (Ulla illiade) idest ylo opere tall
qualis fuit acci illiā. (Hoc meum ridere opertum) idest hunc meum ri-
sum cum libello meo secretum. (Nam nū idest tam parui precij opus: vel
potius nūbili. (Audaci) qualem lectorem sui operis velit ostendit p̄der-
sus: eum videlicet qui callet sc̄mata. dicteria et sales scriptorum come-
die prisq; apud grecos: quos in satyra latina imitatus est: ut dirimus lu-
cilius: dicte Horatio in primo ser. Eupolis atq; cratino artiophanesq; Horati.

Satyra.

poetę atq; alij quorū comedia p̄sca viroū est: z sequis hinc omnis pen-
det lucilius hosce secutus: nā eos q̄ tales iocos nō sentiūt: quasi tardos
ingenio a sūlo p̄is lectione excludit: dicit lgst. *Q* uicīq; afflate
(idest afflare): hoc est inspirat: nā vocatiū est p̄ nominatiuo. (*L*atinus au-
daci) idest qui audacter in comedia p̄sca hominum vitia insectatus est.
(*P*alles) idest vscq; ad pallorē studiose legis. (*E*upolidē iratum) scripto-
rem item come-
dit p̄sca vitis i-
fensuſ. (*C*um se-
ne p̄grandi) i.e.
cum aristophane
scriptore q̄q; p̄i-
scē comedit: qui
fuit magnē auto-
rūtatis vir. (*A*spī-
ce et hēc) i.e. mea
scripta. Et si au-
des aliquid deco-
ctius) idest pfectius z elmatius: subaudi legere. (*I*nde) idest ex eo opere.
Legitur vnde idest ex quo opere. (*L*ector ferueat mihi) scilicet tā illoꝝ
lectione concal factus veniat ad opus meū legendum. (*V*aporata aure)
idest calefacta. (*H*on hic qui sordidus) idest ingento tardus tum ad tocā-
dum/tum ad altorū locos sentiendum. (*G*estit ludere in crepidas grato-
rum) idest cupit grecos deridere ppter ea qd certo crepidarū iue soleaz
grie romantis insueto vtant. (*E*t qui possit dicere lusco). i.e. ei q̄ altero ocu-
lo caret. (*O* lusco) qui locus frigidz atq; plane insulsus est: z quo nemo
aliū perfricaret nisi esset stultus z inept: z qui pari insiccia tenere acī
putaret se factū nobilem propterea quod fuerit edilis nō dico romē: ybi
edilitas magno i honore fuit: s̄ in aliquo italē oppidulo: ideo dicit. (*C*re-
dens sese aliquē) idest inter magne estimationis viros numerandum: si-
cūt econtrario nihil homines appellam eos qui nullius sunt p̄tī. (*Q*d
supinus) idest quia superbus z elatus quēadmodū Vergilius colles sup-
pinos dixit. (*I*talo honore) idest quē magistratū non romē sed aliubi
administravit. (*A*edilis fregerit heminas) hoc enim ad ediles p̄inet. Ju-
uenal. Martialis. Plinius. Leonar-
dus. Carolus. Joānes.

Iratum eupolidem p̄grandi cum sene palles:
Aspice & hēc: si forte aliquid decoctius audes:
Vnde vaporata lector mihi ferueat aure:
Non hic qui in crepidas graiorum ludere gestit
Sordidus: & lusco qui possit dicere lusce
Sese aliquē credens: italo quod honore supinus
Fregerit heminas areti ædilis iniquas.
Nec qui abaci numeros & secto in puluere metas

Secunda.

tandi per decem illas figurās ex dīgitis articulīs dīgitorī inflexis de-
ductas quibus notis antiquiores ad numeros repr̄sentādos vrebant.
(Et sc̄r̄issime metas) Id est figurās geometrās: que līneis quasi quibus-
dā metis: hoc est terminis describuntur. (In puluere secto) hoc est radio:
id est vīrga geometrīa sulcato: nam geometrē in faciēndis dēmōstratio-
nibus puluerem spargebat deinde radio ductus facientes: figurās qui-

būs op̄ esset de-
scribēbant. (Pa-
ratus multū gau-
dere) Id est nimia
voluptate affici.

(Si nonaria) me-
retrix dicta vt q̄
dam volūt ab eo
quod hora nona
diei prostrare in-
cipiebat: qua ho-
ra etiam coenita-
bāt dicente Mar-

Martial.
Horati.

Sc̄it r̄ississe vafer: multum gaudere paratus
Sicynico barbam petulan̄s nonaria vellat.
His mane edictum: post prandia calliroen do.

Satyrā secunda.

Quidq̄ optare decet: quid non optare secunda.

Nunc macrine diem numera meliore lapillo:

titiale: imperat extuctos frangere nona toros. (Petulans) procax et im-
pudens. (Vellat barbam cynico) philosopho ex secta cynicorum cuius
princeps fuit diogenes author: vero antisthenes. Horati de damasippo
philosopho cynico vellunt tibi barbam lasclui puer: habebant enim lu-
dibrio ac derisu illius secte philosophi. (His mane edictum sensus est.
carmina mea ab ihs tñ legi volo qui callent locos & sales non ab ihs qui
res frigidas & iepitas ridēt/puta crepidas gr̄ecorū:arithmeticos:geome-
tras:meretrices philosophis illudētes:quos nunc relegat ad alia nego-
cia:quasi indignos sua lectione dicitqz. (Ego do his edictum mane). I. vt
hora diei tertia causas agant apud p̄etorem:nam edicta p̄etorum sunt.
Martialis exercerat raukos tertia causidicos. (Post prādia do calliroen) Martial.
Id est vt legant fabulā calliroes: hęc acheloi filia fuit/ atqz almeonis vxor
illius qui eriphilem matrem in amphiarai patris vltionem occidit:sunt
qui calliroen meretricis cutusdam nomen esse putent.

Nunc macrine: hęc satyrā ex dialogo Platoni: qui alcibiades secū-
dus inscribitur: est expressa:nā cum alcibiades amicus & discipulus
Socratis iret sacrificatū: data est illis copia & oportunitas disputādi de
voto hominū quale debet esse: atqz illa que a Persio hic disseruntur. In
bac legitur secunda satyrā improba hominū vota carpit: qui a dīs immor-
talibus nō honesta: sed vīllia p̄ecantur falsam p̄terea opinionem illo-
rum redarguit: q̄ ex ingenio suo deos extimantes: putat se illos posse mu-
neribus corrūpere: scribit hanc satyram ad Macrinum amicū: qui diem
natalē suum celebrari dīces. (O macrine numera hunc diem) in quo festū
natalicū celebras. (Meliore lapillo) Id est candido ex more gentis thra-

Satyræ.

Plintus. cle: que realt plintus. calculis discoloribus in vnam coiectis dies sine letos: siue tristes norabat: deinde in finem vitæ digerebant ut sciret quot prosperos quoq; infelices dies egissent. (Qui cädidus (scilicet lapillus vel potius dies lerus) lapillo cädido signat). (Apponit tibi) idest accumulat et auget. (Annos labetes) idest sensim et velociter currentes. nā die natali cuiusq; superioribus annis incipit addi unus. (Funde merum genio)

genius die nata-

li precipue cole-

batur: quia deus

preses generatio-

nis est: vnum au-

tem in sacris fan-

debatur. Vergili-

lu et vna nouum

fundam calathis

arauia nectar.

(Non tu prece) q;

sacrificabant ali-

cui deo: petebant ab illo quod sibi maxime conducere putabant. Laudat autem macrimum: qui nihil precari solitus sit: nisi honestum cum ceteri

utilia et voluptuosa sibi optent. (Tu inquit non poscis) subaudita deo.

(Prece emaci) idest qua veluti quadam mercede emis quod pcaris: sic

infra: qua tu mercede deoz emeris auriculas pulmone et lactib; vncitis?

ut sic prece emaci/ cui aliquid munus adiungitur. (Que ne queas comit-

tere) idest concredere atq; illorum fidelis commendare. (Vnius nisi seductis)

idest seorsum ducis: et ex secreto: nā dishonesta secreto petere soleat: ho-

nesta vero palam. vnde subdit. (At bona pars procerum). i. magna pars

nobilium et primorum populi. (Libabit acerra) idest sacrificabit thus ex

Vergilius. acerra vasculo thurifero. Vergilius, plena supplex venerat acerra. (Laci-

ta) idest ipsi taciti: quippe q; accedit in honesta pecturi. (Haud propsum

est) idest non est facile et imp̄p̄tu paratum. (Quis vls) quia nemo id pre-

stare poterit cum ab oībus fere vota inania fiat. (Tollere de tēplis) vbi

preces et vota concipiuntur. (Murmur et susurros humiles). i. preces sup-

pressas: ea enim optantur: que sine rubore nemo etiā apud amicum fate-

ret. Et nō est cuiusq; proptez et facile (vivere voto aperto) idest clara voce

atq; ita vt oēs audiant prolata. Seneca in epistolis: roga inquit deos bo-

nā mentem: bona valitudinē animi: deinde corporis. vix est q; apud athe-

nodos et inueni: tūc scito te esse omnib; cupiditatibus solutum cum eo que-

neris: vt nihil deū roges: nisi quod rogare possis palam. Hūc enim qua-

ta demētia est homī q; turpissima vota diis et susurrat: si quis admouerit

aurē p̄tiscent: et qd scire hominē nolunt deo narrant: sic vivē cū homī

nib;: tanq; deus videat: sic loquē cū deo tanq; hoīes audiant. (Mens bo-

na) hec inquit: quia que honesta sunt clara voce petunt: atq; ita vt proxi-

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Funde merū genio: non tu prece poscis emaci:

Quæ nisi seductis nequeas comitare diuis.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.

Haud cuiusq; prōptū ē murmur hūilesq; susurros

Tollere de templis: & aperto vivere voto.

Mēsbōa: fama: fides: hēc clare & vtaudiat hospes

Secunda.

mis audiantur. (Mens bona) Juuenalis. optandum est ut sit mēs sana
in corpore sano. (Fama) quia etiam I^oPaulo apostolo teste: qui famā suā
negligit homocida sūt est. (Fides). i. ea authoritas ut sibi credatur. (Hec
clare) subaudi optantur et alta voce. (Et ut audiat bōspes) idest quis-
piam ignotus/qui prope illum in tēplo est. (Illa) subaudi que sequuntur
quia in honesta. (Murmurat sibi introsum) idest secum et intra se mu-
tit. (Et sub lin-
gua) sic bispane
vulgo dicimus lo
qui inter dentes.
Horatius. labia Horati.
mouet metuens
audiri pulchra la
uerna: da mīhi
fallere. et infra la
bra moues tac-
tū recutit aq^s sab-
bata palles. (O

si) vtinā et est optādi aduerbiū. (Funus p̄eclarū patrui. i. mors p̄eclar-
ra patrui. idest patris mei fratri: que me beatū et p̄eclarū faciat. (Ebu-
liat) idest erūpat et vnde mīnime putabam: quasi fons eruptionem sub-
to faciat. (Et o si ferta argentī) idest doltolum fictile argento plenum.
(Crepit mihi sub rastro) idest interfodiendum terrā rastro ad illam im-
pacto sonet crepitūq^s reddat. (Dextro hercule) idest propitio atq^s in hoc
rebus meis fauēte. Horatius. o si vīnam argentī sois qua mihi mōstret
vtilli thesauro inuento qui mercenarius agrū illum ipsum mercatus di-
ues arauit amico hercule. (Et vtinam expūgam pupillum) idest ex eo te
stamenti ordine/in quo ille prior h̄eres istitutus est: ego vero posterior: il-
lum ego erradām. id enim significat expungere et dispungere: hoc est de-
lere. (Quem ego h̄eres proximus) idest post illum secundus h̄eres rel-
ictus: ut illo mortuo ego succedam. (Impello) idest se quo: velut vīda se-
quens impellit p̄ecep dentem. aut qui festinans sequitur impellit p̄ecep-
dētem. Namq^s est scabiosus) hoc est qd illum erigit in spem mortis pu-
pilli: quoniam est scabiosus: et tumet acri bile. idest cholera vehementi:
que signa mortis proxime sunt. (Merito iam tertia ducitur vxor) quasi di-
cat: beatus nerius qui iam ducit vxorem tertiam cum duas extulerit: et
quarū morte duas dotes lucratus est: aut ducit tertia vxor. idest effert. ut
Juuenalis: ducitur fratis plaudendum funus amicta. (Hec sancte) sen
sus est: quamquam ea que dirimus turpia sint et rite et ex ordine reli-
gionis poscas. (Mergis mane caput bis terq^s) idest sepe. (In gurgite ty-
berino) idest in flumine tyberi. Juuenalis: ter matutino tyberi mergit et
ipsis vorticibus tumidum caput abluet. (Et purgas noctem flumine) Juuenal.

Satyræ.

Id est pollutiones nocturnas: que flumine viuo ut inquit Ellegil^s abluuntur: ut sacra attractari possint. (Heus age responde) stultitiam hominum persius coincit, qui putant precebus et sacrificiis se posse deum corrum pere: atque ad vota sua improba faciliter habere: cum homines quantumvis iniusti viri muneribus corrupti possint. (Heus age) id est etia homo improbe. (Responde) mihi: quid sentis de ioue: id est qualiter opinionem de illo cocepisti: et per parentesim interposuit. (Nam ministrum est quod sci re labore) id est tale est ad quod facile respondere possis. (Est ne sub audi talis suppliciter) (Et cures preponere hunc cuiusquam) id est alter cui mortali anteferre. (Qui non) subintellige Iuppiter preferri non debet quippe qui optimus et maximus baneatur. Legitur et cui nam in eodem sensu. (Etsi statio) homini scelerato ioue preponere. (An scilicet heres?) id est certe dubitas. (Quis potior index) id est vter horum duorum sit melior: iustiorque Iuppiter an statius? (Et quis aptior iudex?) i. magis idoneus (Pueris orbis). i. pupillis parentibus orbantis: qui plerique a suis tutoribus defraudantur. Fuit autem statius oppianicus: in quem extat Ticeronis oratio, p. clueto: et qui homicidijs simul et beneficijs coniunctus damnatusque est. (Hoc igitur) ex eo quod supposuit iouem esse meliorem statio illius anteponenendum arguit sic. et minor ad maius si criminis alicuius reus velles statu ludicrem peccibus muneribusque corrumpere: proriperet ille in exclamacionem dices pro Iuppiter o bone Iuppiter subaudi cur hec pateris: cur non tonas et fulmina mittis: Quid igitur censes iouem facturum: si talibus attentaretur? (Agedum) id est etia. (Dic statio hoc) id est has preces et vota. (Quo tu tentas impellere) id est inclinare et mouere. (Aurem touis) ut te videlicet eraudit. (Claret statius) cum hoc audierit. (Pro Iuppiter o bone Iuppiter subaudi audis hec et dissimulas? (Ad se non clamet Iuppiter ipse?) acsi dicat multo magis clamabit. sed quomodo ad se: excitando videlicet scipsum in ultionem pro rei dignitate. (Ignouisse putas). Si sus est. cu peccas et ioue fulminante non tangeris de celo putas. Iouem idcirco tibi ignouisse. aut quia neglexisti aliquid quod ad religionem pertinet: idcirco pueri yellunt tibi barbam: quasi dicat: nec quia non puniri statim cu peccas: idcirco Iuppiter tibi ignouit: nec quia superstitione illum de loco fulmine tacto non obseruasti: idcirco ab hominibus vexaris.

Heus age responde: minimus est quod scire laboro: De ioue quid sentis? est ne ut praeponere cures Hunc cuiquam: cui nam vis statio: an scilicet heres? Quis potior index: pueris ve quis aptior orbis? Hoc igitur quo tu iouis aurem impellere tentas: Dic agendum statio. pro Iuppiter: o bone clamet Iuppiter: ad se non clamet Iuppiter ipse? Ignouisse putas: quia cum tornat: ocyus ilex

Prima.

quod sit quia de iudicia incomprehensibilia sunt: neque sciri potest cur noctis
centibus ignoscatur: innocentes exagitari permittat. (Putas ignoruisse tibi)
Id est iouem donasse ventam? Quia cum tonat quod est iouis irati signum.
(Ocyus) id est cirtus et potius. (Iler) i.e. querqus arbor ipsi ioui sacra. (Discu-
titur) id est feris dissipatur. (Sacro sulphure) id est fulmine: quo ambu-
sta sulphur olent. Clergilius. iiij. qneid. loca late sulphure fumant. (Quam Clergilius.)

Sulphure discutitur sacro quam tuorum domusque:
An quia non fibris ouium hercynaque iubente
Triste facies lucis euitandumque bidental:
Idcirco stolidam prebet tibi vellere barbam
Iuppiter: aut quidnam est: qua tu mercede deorum
Emeris auriculas pulmone ac latibus vinctis?
Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
Exemit puerum: frontemque atque vda labella

tu et domus tua)
que potius fulmi-
nari debueratque
arbor innocens.
(An quia non ia-
cis bidental) id est
locum in quem ful-
men cecidit non ex
pias: facies septem
ne quasi prophetan-
teratur. (Triste)

Id est quod aliquid triste minatur: nam ut diximus irati lous est signum.
(Et euitandum) ne scilicet prophane locus ille in quo piaculum comitem-
tebatur. Horatius. an triste bidental mouerit incestus. (Fibris ouium) sic et
enim bidental faciebatur factos sacrificio ex ouium intestinis: atque idcirco
bidental appellabatur a bidentalibus: hoc est ouibus in eo loco cefis. (Her-
cynaque iubente) aruspice fulminis coditore procuratoreque qualis fuit ta-
ges ipsius aruspicing inuenitor: aut aruns apud Lucanum (idcirco Iuppiter
pribet) id est pmitit subaudi pueros (Vellere tibi barbam) Horatius vel-
lunt tibi barbam lasciu pueri quos tu nisi fuisse coeres. Ha quod suppler-
ter ut quidam dicunt barbam suam vellendam prebeat non est sensui poetae
consentaneum. (Stolidus) id est qui stolidus es et insensatus. Aut quidnam
est id est que tanta potest esse merces (Quia mercede) id est quo feci (Tu
emeris) id est corrumperem possis ut supra: non tu piece possis emaci (Auri-
culas deorum) id est quod dis te exaudiant (Pulmone et lactibus vinctis)
appositio est ad illud quod dixit qua tu mercede. Sunt autem lactes intesti-
na per que a ventriculo cibus labitur: idque ut inquit Plinius in oeuvratis
atque homine. (Vinctis) id est pingui aliquo conditis. (Ecce auia) supstitio-
nes quasdam et improba muliercularum vota carpit. (Ecce auia) pueri ali-
cuus. Aut matertera soror matris (Metuens diuum) id est cultrix deorum
victus ad superstitionem: que nil aliud est quam imoderata religio. (Exemit pue-
ru cunis) adque deinde in viinas sinuque suos sustulit. (Et perire) auia seca aut
matertera. (Inhibere) id est amoliri et prohibere. (Oculos vreates) id est fasci-
nantes: que pestis ut ait Plinius res teneras precipue ledit: dicente Cler-
gilio nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnos (Expiat sibi) id est quasi
ampleto siue antidoto ante fascinationem purgat. (Fronte et labellayda)
id est humida: quia in pueris quemadmodum et senibus abundat humor.

Horatius.

Horatius.

Plinius.

Plinius.

Satyra.

Juvenal. (Infamī dīgīto) idest medio qui et infamis et impudicus dicitur: de quo Ju
MartiaL uenalis meditūq; ostenderet vnguem: et Martialis rīdetō multum qui te
sextile cynēdū dixerit et medio porrīgīto dīgitū: et idem aliubi ostendit
dīgitū sed impudicū alconti dasioq; symmachoq;. Illo namq; ut collis-
gimus protēto reliquīs vero cōtractis mentulā cū testiculis imitātēs in
eos porrīgebāt qui contēnebānt et despīcābiles erant: qđ nūc facim⁹ pol
lice medio eidem
atq; īndici īser-
to: hodie quoq;
vīdem⁹ īter pue-
rōꝝ crepundia si-
ue crepitacula ꝑ
a muleto contra
fascinū gestare
manū eburneā
sive osseam dīgi-
tis in hanc formā
complicatis. In
priapeta quoq; quicunq; tandem illius operis authoꝝ fuerit: ex ea vt opt
nor causa fascinū ꝑ virili pene positum est: quod siter morbum et genitale
symbolū aliquod sit: vel potius antipathia: qua alterum ab altero arcet
tur. (Et lustralib⁹ salutis) idest expiatoriis: nā lustrare expiare significat
et hominis saluā fascinationē ꝑ bibere Plinius quoq; testatur. (Tum
manib⁹ quatit) id quoq; nutrices faciūt pueros mortitatis: cū illis arri-
dent. (Et voto supplice) idest younes et supplicans ꝑ puer. (Mittit spem)
subaudi illius pueri: nā pueri ex spe toti pendet. (Macrā) ironia est: ac si
dicat perinde: ac si id parum esset. (Hūc in campos licini) ut fiat illius he-
res: licinius hic liber⁹ c̄esaris fuisse dicit: qui ad maritimas diuitias per-
uenit. De quo Juvenalis. ego possideo plus pallante et licinis: et Martia-
lis altaq; cū licini marmora puluis erūt. Hūc in ēdes crassi eius qui est
diues cognominaꝝ: in cuius domum Licero successit. (Hūc optēt) aliud
votum satis ineptū: atq; superiori impudentius: vt rex scz et regina optent
sibi hunc generū: et pueri rapiant illum ad sui stuprū: et quacunq; incesse
rit subnascātur rose. (Astego) dicit Persius. (Non mando vota nutrit)
Idest nolo pro me nutrita vota concipiāt: atq; nihil nugas illas preceſt. (O
Iuppiter negato illihec) Idest nō pcedas que nihil a te petit: quia nihil bo-
nesti habēt. (Quāuis albata rogarit te). i. vestibus albīs induita: que co-
lor animi candor et innocentia significat. Seneca in ep̄lis. surdū te aman-
tissimis tuis presta: bono animo male precātur: et si else vis felix: deos ora-
ne quid tibi ex iis que optant euentat: optauerūt tibi et alia parentes tuī
sed ego contra tibi omnīū corū cōtērum opto quorū illi copiā. (P̄oscis
opē nerūs) hēc vota paulo sunt honestiora: q̄ppe que nature bona sint:
sed qui talia faciunt: ridiculi sunt: cum faciant contra id quod precantur,

Infamī dīgīto & lustralib⁹ ante salutis
Expiat: vrentes oculos inhibere perita.
Tū manib⁹ quatit: & spem macrā supplice voto
Nūc licini in campos: nūc crassi mitiūt in ēdes
Hunc optent generum rex & regina: pueri
Hunc rapiant: quisquid calcauerit his rosa fiat.
Astego nutriti non mando vota: negato
Iuppiter hoc illi: quamvis te albata rogarit.

Seneca.

Secunda.

(Poscis opem neruis) id est a dīs immortalibus v̄tres atq̄ corporis inco-
lumentem petis. (Et corpus fidele senecte) id est integrum et quod etate
non satisfat deficitatq; (Esto age) id est ea concedatur tibi hoc quando-
quidem honestum aut medium est: ut pote natura bonum. (Sed grandes
patine) scilicet cibis refert. (Et tuceta crassa) id est farcimina ex carnibus
suilis. (Eletuere superos) id est non permititur deos. (Annuerere his) id est

Poscis opem neruis: corpusq; fidele senecte:
Esto age. sed grandes patine: tucetaq; crassa
Annuerere his superos vetuere: iouēq; morantur.
Rem struere exoptas caelo boue: mercuriumq;
Accersis fibra. da fortunare penates.
Da pecus: & gregibus foetū: quo pessime pacto?
Tot tibi cū in flammis funicū omēta liqueſcat?
Attamen hic extis: & opimo vincere fert
Intendit. iam crescit ager: iam crescit ouile.
Iam dabitur. iam. iam: donec deceptus & expes

ea concedere que
petis. (Et moran-
tur louem:) id est
ea detinunt illum-
ne te exaudiat. et
est Diogenis sen-
tentia: quam nos
in distichon rede
gimus in hūc mo-
dum. Jurgabat
plures: quod pro
valitudine sacrū
cum faciant: con-

tra vota salutis edunt. (Rem stuere) votum hoc ex parte in honestum
est: quia ut dicit Horatius: quid habet pulchri constrictus acerius: et ta-
men sacrificando boves facimus quoq; contrā id quod petimus. (Ex-
optas struere rem) id est fundare patrimonium. Ceso boue (id est immola-
to. (Et accersis mercurium) id est invocas deum lucri presidem et autho-
rem. sic infra sum tibi Mercurius: venio deus hic. (Fibra) id est extorum
immolatione. nam in extis presertim in lecore fibre sunt frequētes. (Da
fortunare penates) id est fortunatam reddē domum cui presunt dīs pena-
tes. Da pecus) id est pecuarium: nam hoc pecus genere neutro multitu-
dinem pecorum: hoc est gregem significat. (Et gregibus fetum) id est ut
fetura gregem non solum suppleat: sed augeat. (Quo pacto pessime) sub-
audi potest fieri quod optas. (Cum tot omenta) id est extra potius pingue
illud quo intestina in volvuntur. (Junicum) id est luencorum videtur:
ab eo quod est iuncis quod nunquam legit. (Liquescent in flammis)
id est cum sacrificias igni comburantur. (Attamen hic) scilicet importuna
precatur. (Intendit vincere) id est deos corrumperet. (Extis) que vel ma-
xime ex hostia immolabantur. (Et fert opimo) id est pingui libo. nam
fetum genus libi dictum est auctore festo: ab eo quod ad sacra serebat.
(Jam crescit ager) id est extendetur. et sunt verba auari sacrificantis atq;
spem suam furentis. (Jam crescit ouile) per feturam. (Iam dabitur) sub-
audi quod opto potest tamē et hec persi esse sententia per modum ir-
rissionis auarum alloquentis. gestu oris. quādoquidem quadrat cū sub-
sequenti tā dabatur. (Jam iam) instanter optantis est. (Donec deceptus
& expes) id est omni sua spe fraudat. (Suspiret), i. suspiras gemēq; dicat.

Horati⁹.

Satyra.

Seneca.

(Mec quicquam nūmus) subaudi est et ponitur in hoc loco nec quicquam pro non authore. Seruo, alias nec quicquam pro frustra. (In imo fundo) subaudi arce: in qua erant nummi repositi: sed ut ait Seneca in epistolis sera parsimonia in fundo est. (Si tibi crateras) sensus est purant homines deos posse muneribus corrumpti mettentes illos ex ingenio suo quod videlicet et ipsi muneribus corrumperuntur. et hinc est quod faciunt illis i magines aureas et sacrificia: ut illorum patrimonium for tunent: dicit igitur. (Si feram tibi): idest offerat et muneri dem. (cateres argenti) puncta ex argento. (Et dona incussa aurum pingui) idest aurum pingue eque latum: quod tibi donem. (Et est incussum) ab incudo. Is. ut sit incussum ad incudem fabricatum. (Sudes) pro sudabili nimia letitia: que non potest esse magna sine titillatione atque lactatione membrorum. (Et excutias guttas) idest emittas sudorem guttarum. (Pectore leuo). i. in leua corporis parte: in qua vergit cor itaque subdit. (Cor preterpidum) idest cum trepidatione quadam palpitans. (Letatur) idest dilatatur: quia ut diximus: letitia est animi affectus siue perturbatione cum exultatione dilatatione lactationeque membrorum. (Hinc). i. ex eo quod acceptis donis cor tuum letat. (Subiit illud) Clergii. idest occurrit in mente venit. (Quod perducis). i. fabricas. Clergii. Credo equidem et viuos ducet de marmore vultus. (Facies sacras). i. imagines deorum. (Auro ouato). i. deuictis hostib[us] ex p[re]dictis manubib[us] accepto: ut sitouato quasi triumphato: nam ouatio species quedam triumphi est. Cum ei iusta triumphi materia non erat: dux vixit pedibus verbis ingrediebas: p[ro]sequente illi senatu. Alij quaque syllabe qualitas obstat: auro ouato exponunt. i. quod sup[er]inducit statu[m] et imaginibus ouo prius illitis. (Haec inter fratres alienos). i. deos ex ere factos: aut quod facturæ. (Alius sumpto p[re]cipui). i. sunt aliis preferendi. (Qui mititur somnia) idest visa in somno. hoc est ut si dixeris thesauri revelationem: aut tale quiddam (Purgatissima pituita). i. que quidem somnia non sunt qualia solent prouenire cibi cruditate onus: aut ebrijs. aut egrotis. de quibus infra egroti veteris meditantes somnia. et Horatius in poettaria. velut egri somnia vano fingen[ti] species. Sed illa somnia que proueniunt facta concoctione ciborum possunt aliquid significare: quippe que sola defecato stomacho atque pituita: que greci dicit phlegma possunt aliquid pertendere. (Sitque illis surea barba) hoc ironice nego sine derisu p[re]cipitur a Persio. ut cum fecerit simulachria ex gre: addat illis barbam auream.

Nec quicquam fundo suspiret nummus in imo. Si tibi crateras argenti incussaque pinguis Auro dona feram: sudes: & pectore leuo Excutias guttas: laetatur preterpidum cor. Hinc illud subiit auro sacras quod ouato Perducis facies, nam fratres inter alienos Somnia pituita qui purgatissima mittunt: Præcipui sumto: sitque illis aurea barba.

Secunda.

(Aurum vasa numē) In eo perstat quod supra dicit q̄ homines ex īgenio suo deo existimāt auro delectari: itaq; cū ipsi relictis fictilibus poculis aureis vti c̄pissent: tēplis quoq; vasa aurea pro ḡreis & fictilibus intule rūt. (Aurum) idest vasa aurea. (Impulit) idest ex tēplis electi. (Vasa nu-
mē) idest fictilia quib⁹ sacrificabat Numa pōpliū secundus romanorū
rex: qui prim⁹ religionē & ceremonias instituit apud romanos. Juuenalis

Numa pō
pili rex se
cūdus ro-
manorū.

Aurum vasa numæ saturniāq; impulit æra.
Vestalesq; vrnas: & thuscum fictile mutat.
O curuæ in terris animæ & coelestium inanæ:
Quid suuat hoc tēplis nostros immittere mores?
Et bona dīs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto cassiam dissoluunt olio.
Hec calabrum coxit vitiatu murice vellus.

aut quis simpu-
utum ridere nu-
mē nigrumve ca-
tinum ausus erat
(Æra saturnia
idest vasa ḡrea:
quorum futilius
rege saturno hoc
est in etate aurea
(Et aurum mu-
tat) pro mutauit. (Urnas vestales) idest vasa quib⁹ vglines vestales in ye-
ste sacris ab eodē numa institutis vtebātur. (Et thuscum fictile) idest nō a
longinquis regionib⁹ putam aut sagūto aduetū: sed in eadē thuscia
factum: imo romē Juuenalis. Et vaticano fragiles de monte patellas:
nam vatican⁹ mōs erat rome: ex cuius argilla vasa faciebat. Seneca in
epistolis: nō pōt ex auro & argēto imago deo exprimi similiſ: cogita illos
cū propicii essent fictiles futiſ. (O curuæ in terris animæ) nūc acrī excla-
mat in eos qui talia putat de dijs quales ipsi sunt dicitorū: o homines mo-
re pecudū terrena aspiciētes & in terrā poni. (Et inanæ celestium) idest
inīch rex diuinaru: & qui nescitis quo sacrificio de⁹ placari possit. (Quid
suuat hoc) idest que libido vobis incessit? (Immittere templis) idest in tē-
pla deoꝝ. (Hostros mores) idest nostra vitia putatē deos delectari qui-
bus nos gaudem⁹. (Et ducere bona dijs) idest offerre sacrificia. (Ex hac
pulpa) idest ex hac voluntatis nostræ materia: nā pulpa & pulpamentū ca-
ro est sine ossib⁹: vnde p̄ mollicia libidinosa accepti Cerentian⁹ ille thra-
scum dixit: tute lepus est & pulpamentū queris. (Scelerata) quoniam
aurū thus odores & cetera q̄ dijs offerim⁹ multoꝝ maloꝝ causa sunt cū
ad homines referunt. (Hec) sc̄ pulpa scelerata & hominū libido. (Dissol-
vit sibi) idest in suos vſus diluit & miscebat. (Cassia) fructicē illū odoratū ex
ethiopia: a quo nr̄a cassia: hoc ē el cātuso degenerat. (Corrupto olio) Scantus
idest in deteriorē famā mutato. Hā anteq; oleū misceatur casiq; meliore
vsum p̄estat in cibis atq; etiā iunctionibus. (Uer. si. geo.) Nec cassia liquit
di corrūptū vſus olivi. (Hec) sc̄ pulpa scelerata. (Locit.) i. infect in cor-
